

towards the Center. It must mechanically, and almost necessarily follow, by the continual Revolution of the crude Mass from West to East, like the winding up of a Jack, or rolling up the Leaves of a Paper-Book, that every one of these *Strata*, tho' they each reach the Center, must, in some Place or other, appear to the Day ; in which Case there needs no specifick Gravitation to cause the lightest to be uppermost, &c. for every one in its Turn, in some Place of the Globe or other, will be uppermost ; and, were it practicable to sink to the Center of the Earth, all the *Strata*, that are, would be found in every Part, and according to the Poet, *Ponderibus librata suis*. Add to this, that in all Places within my Knowledge, the Observation of * another Member of the Society has held good, that the Precipices of all Hills are to the Westward, whereas the Ascent to the East is more gradual. The farther Enquiry into which I offer to the Curious, who have better Opportunity.

II. *De Experimento probandi Spiritum Vini Gallici, perquam usitato, sed revera falso et fallaci.* Autore C. Neuman, Chym. Prof. Reg. Berolin. R. S. S.

SI qua rerum naturalium est scientia, è qua multæ erroneæ opiniones, præjudicia, speculationes, & inde secutæ falsæ hypotheses atque experimenta extiterunt, Chymia in primis est ; quæ tamen in se considerata, non nisi certis, in externos sensus incurrentibus

Dr. Stukely.

rentibus, proinde facillimis, & tuto concludentibus rebus occupata est ; quo magis mirandum est, quod quam plurimi ea de re conscripti libelli paucissima vera in se contineant, multo minus necessariae ad rem experientiae respondeant. Hinc etiam aliquantulum modo rei expertus non moratur magnificos & ingeniosos excogitatos librorum titulos, apparationes Chymicas, vanasque arcanorum ostentationes, dum protinus, quam fallacibus & incertis opinionibus fundata sint, perspicit. Hos flexus Labyrintheos pervadere, eorumque varias aberrationes attingere, non est instituti nostri ; sed impræsentiarum tantummodo de experimento quodam Chymico, fortasse jam multis ab hinc annis frequentato, imaginario, & reapse falso ac fallaci, quod tamen quasi peculiare aliquod arcanum & ingeniosum inventum, adhuc dum occultatur, sententiam exponemus, eademque opera demonstrabimus, quod qui tali experimento fidunt, manifesto decipi- antur, & quod ad id negotii requisita præparatio Chymica nullum prorsus sit mysterium, uti venditur, sed res rudem simplicitatem redolens, admodum vulgaris & perquam notissima.

Quantum ad rem propositam : Nonnulli negotiatores in *Hollandia*, *Anglia*, *Hamburgi*, *Dantisci*, &c. qui maxime in coemendo & divendendo spiritu vini Gallici occupati sunt, certum aliquod experimentum probatorium crepant, idq; pro magno artificio ac singulare arcane venditant, firmiter persuasi, se ope hujus experimenti non solum spiritum vini Gallici a spiritu frumenti, sed etiam genuinum ab adulterato discernere, atque ita in coemendo genuino spiritu vini Gallici, nequaquam defraudari posse. Hinc etiam tanquam indubitatum & infallibile probamen- tum, imo magnum aliquod arcanum, quod non omnes calleant, adhuc existimatur, adeo, ut nemo hunc li- quorem probatorium, nec olfaciendum, neque gu- standum

ftandum mihi concedere unquam voluerit, tametsi fide interposita protestabar, me illorum commercio nec nocturum, nec artem hanc cum aliquo communicaturum. Quid quod nec ego ipse, nec illi prænoscere quibant, utrum ego nudo olfactu vel gustu conjectando illico affecuturus essem, quidnam rei sit, & qua ratione paranda esset?

Subjectum liquor quidam est subfuscō-flavescens, quo adhibito mercatores experimentum istud ita peragunt. Complet primō scyphum vitreum spiritu vini Galici probando, deque liquore isto in scyphum illum vel unicum, vel duas tresve guttas, pro quantitate spiritus vini infusi, instillant. Quod si bonus fuerit & genuinus spiritus vini Galici, statim in fundo vitri impleti existit admodum cæruleus color pulcherrimus, qui si catule mundiore agitatur, cum reliquo spiritu permixtus, totum vitrum colore cyaneo tingit; sin autem spiritus frumenti sit, ne quicquam cyanei coloris in vitro conspicitur, sed spiritus ille colorem suum primigenium retinet, etiamsi de liquore dicto vel vi-gecuplo plures guttae scypho impleto instillentur. Sicuti igitur hic modus probandi generatim, putum frumenti spiritum a puto puro spiritu vini Galici, ex opinione Mercatorum discernit: ita hi confequenter hac hypothesi fidentes de utriusque spiritus vini & frumenti adulterinæ commiscelæ gradibus diversis judicant. Norunt enim ex conspecto colore cæruleo, nisi hic obscure talis; sed subcæruleus modo, cæsius, glaucus, aut ex cyaneo viridescens appareat, dijudicare, spiritum vini non solum adulteratum, sed etiam quoad gradus tot plusve minusve partibus spiritus frumenti mixtum esse.

Evidem lubens fateor, hanc rationem probandi spiritus, ubi primum eam animadvertebam, admiratione quadam & delectatione me affecisse, ita ut eam omnino certam & falsi nesciam primo adspectu cre-

derem, quo etiam magis nunc talibus Mercatoribus & Oenopolis, rerum Chymicarum ignaris, inscrutabilem sibi errorem condonare possum. Quum autem animo mecum subinde agitarem, quod nullum adhuc, quantum sciam, demonstrativum experimentum prostat, cuius ope peculiares puri spiritus vini Gallici & quidem rectificatissimi partes constitutivas a spiritu frumenti æque rectificatissimo distinctas ostendere vel saltem suspicari possimus, sed quod uterque spirituum ex iisdem partibus essentialibus constet, in quam communem qualitatem simpliciter necessaria fermentatione rediguntur, ideo argumentatus quoque mecum sum, quod si qua notabilis diversitas in dictis spiritibus eveniret, ea non a mixto intrinseco tanquam mixto spiritus vini formante, vel a vini indole ex quo spiritus destillatus fuit, sed necessario ab additamento quodam heterogeneo, ad constituendum spiritum vini, qua talem, nullo modo pertinente, ortum ducat, sive sub fermentatione aut destillatione peregrinum quid addatur, sive tingendo, extrahendo, vel ipsa commiscela aliorum liquidorum aut solubilium contingat.

Meum non est in solis ejusmodi cogitatis, præcipitatis ut plurimum & fallacibus, acquiescere ; quare varia, ad rem pertinentia, experimenta institui, quibus etiam facile impetravi conjecturæ meæ confirmationem, quod scilicet in ista per dictum experimentum apparterer proveniente diversitate, nulla sit ratione spiritus ardentis vera & essentialis distinctio, sed quod productio coloris cærulei, ex quo differentia judicatur, heterogeno cuidam, & ad specialem constitutionem spiritus vini plane non requisiti additamento debatur, atque ita totum experimentum, quacunque demum verisimilitudine sese commendans, falsum sit, fallax, & inutile, id quod jam ulterius comprobabo.

Præmonendum autem mihi est quod, cum de additamento hoc spiritus vini, liquore ad experimentum pertinente destitutus, certior fieri non æque possem, operam dederim sedulam, dictum modo liquorem, utpote ipsummet artificium laudatum, adinveniendi, quamvis ab initio parum in id concitatus, quod eum nunquam, ceu dixi, neque gustu, neque odoratu sentire, nec nisi sub institutis experimentis, eminus intueri licuerit, neque etiam difficultate sua caruissent eum explorandi tentamina (quamvis, ut apparebit, simplex ille sit & satis notus) nisi ab amico, qui Gedani eum quondam gustaverat, percepisset, quod styptico sapore se exhibeat, quorsum cum omnia mea experimenta dirigerem, tandem reperi, quod arcanum illud tanto in pretio habitum aliud nihil sit, quam mera solutio Martis in acido vitriolico, sive ex Marte cum spiritu vitrioli soluto, & cum aqua diluto, sive ex vitriolo Anglico, sive ex vitriolo quodam Venero-Martiali, præcipitando parato, sive ex minerae cuiusdam Martis, qualis Hasliaca est, extractione constet, quamvis color cæruleus omnium elegantissimus cum ultima, nempe cum sic dicto liquore terræ Martis solaris appareat: quo saturatior solutio est, eo minus ejus pro experimento faciendo requiritur.

Quamvis autem liquoris hujus, utpote jam dudum cogniti, nova non sit inventio, quoisque tamen pro experimento illo probatorio adhibetur, res mihi nova omnino fuit, & perquam grata, tum quod antea cogitando in eam nunquam sponte inciderim, tum quod in secretis haberetur a Mercatoribus, & pro arcano sollicite servaretur, tum etiam & quidem potissimum ideo quod per experimenta mea accessorium illud, spiritui vini, qua tali, peregrinum & minus essentialie, colorem vero cæruleum proprie cum liquore dicto producens, quid sit, & quanta fallacia, imo falsitate manifesta

manifesta laboret experimentum probatorium detegere & propalare potuerim, quæ præcipua mihi causa fuit, ob quam observationem hanc inclytæ Societati exhibere gestiam.

Additamentum autem illud flavedinem primum spiritui vini Gallici concilians, hinc & sub experimen-to cœruleum colorem provocans, lignum quercinum est, sive segmenta aut ramenta ejus cum spiritu vini infundantur, sive in dolio quercino novo servetur spiritus, usque dum flavedinem ex ligno extraxerit ; quo magis autem flavescit ille, eo magis cœruleus quoque cum liquore martiali evadit sub experimento, nisi croco vel alia quadam re flava tinctus fuerit.

Quod autem totum negotium non nisi ligno quercino debeatur, experimento sequenti in contrarium facto, confirmo : Assumo nempe spiritum frumenti, eundem, qui cum liquore neque cœruleum colorem exhibit, neque ullam aliam mutationem subit, atque ideo a mercatoribus pro puro frumenti spiritu judicatur, huic indo ramenta quercina, & infusa relinquo, donec spiritus frumenti flavedinem spiritus vini Gallici fere contraxerit, filtrato huic spiritui dum liquorem vi. riolicum, sicuti spiritui vini Francici. instillo, eundem colorem cœruleum & æque elegan-tem acquiro, nulla ne levissima quidem diversitate, aut dissimilitudinem indicante phænomeno interveniente ; quod abunde testatur, omnem mutationem coloris ex ligno quercino originem ducere.

Possimus quoque spiritum frumenti cum alio quodam, analogia ad lignum quercinum accidente, cum gallis, v. g. infondere, sequente similiter experimen-to. Succedit quoque res quodammodo cum cortice granati & aliis vegetabilibus adstringentibus, omnium tamen optime cum ligno quercino, cui cortices grana-torum longe sunt inferiores, violaceum potius, quam

cæruleum colorem, & cum agitatur, viroris aliquid trahentem, exhibentes.

Notatu dignum est, quod perparum liquoris ex ligno quercino extracti sufficiat ad qualitatem spiritui frumenti bene multo inducendam, pro cæruleo colore, cum dicto sæpius liquore, exhibendo, siquidem cum gutta unica infusi ligni quercini dimidiā spiritus frumenti unciam pro experimento subeundo aptam reddidi.

Liquorem sive solutionem ex puro vitriolo Martiali, nullatenus Venereo, constare & paratam esse debere, exinde apparet, quod experimentum 1. cum Goslaiensi, Ungarico, Dantiscoano, omnibusque similiiter mixtis vitriolis, quæ qualitercumque venerea vel cuprea sunt, pro copia cupri commixti plus minus male succedat, & colorem valde dilute cœruleum, seu cæsium producat. 2. Quod cum puro vitriolo Veneris plane non succedat, nec ullum colorem cœruleum provocet, sicuti id variis experimentis, infra in ejus testimonium allatis, tentando didici.

Dicendum adhuc restaret ut, quibus de causis & quomodo color iste cœruleus oriatur, explicarem; quia vero rem pro incipiente, vel diluto, atramentorio scriptorio habeo, cuius ingredientia, colorem suppeditantia, præcipua ex iisdem, nempe ex vitriolo Martis & adstringente vegetabili constant, de quibus *D. Lemery* scite & copiose differuit (*v. Histoire de l'Academie des Sciences l'annee 1707.*) hunc potius allegare volui illis, qui talibus delectantur, quam observationem hanc meam allegatis hujusmodi completere & extendere. Qui opticis aliisque Philosophicis rationibus capiuntur, *D. Boyle*, *D. Newton*, & alios legant, qui de coloribus scripferunt.

Sub finem discursus mei paucis commemorabo, quod inter Galici vini & frumenti spiritum, purum nempe

nempe hunc & cum cura destillatum, non alia quam peculiaris odoris & saporis in Francici spiritu vini a vinaceis, petiolis & acinis uvarum oriundi differentia indagari debeat, licet idem quoque odor & sapor variis modis spiritui frumenti conciliari atque hic ita in Francicum adulterari queat, ut eam vel peritissimus pro genuino Francico aut ad minimum pro frumenti spiritu plane non habuerit, unde apparet, quod uti primo allegatum, ita & alia experimenta spirituum ardentium probatoria nullius, vel saltem insufficientis usus sint.

E L E N C H U S.

Experimentorum in rem praesentem factorum.

I. Primum octuplas paravi solutiones vitrilicas, pro qualibet drachmas duas vitrioli & unciam unam cum dimidia aquæ communis destillatæ recipiendo. Habui autem solutiones vitrioli. 1. Goslariensis, 2. Gedanensis, 3. Hungarici, 4. De Cypro, 5. Anglici, 6. Martis cum oleo vitrioli parati, 7. Martis ex vitriolo venereo martiali per præcipitationem facti, & 8. solutionem mineræ Martis Hassiacæ, vel sic dictæ solaris, cuius itidem binas tantum drachmas ad dictam aquæ quantitatem assumpsi.

II. Deinde triplices feci adstringentium vegetalium extractiones per infusionem, ad quamvis unciam vegetabilis libram unam medicam spiritus frumenti, qui à liquore probatorio antea instillato nihil plane cœrulei ostenderat, accipiendo; fuerunt autem extractiones 1. Ligni quercini, 2. Gallar. Turcic, 3. Granatorum corticum.

III. Tertio: Cum tribus hisce admodum saturatis extractionibus, triplicem quoque Gallici vini spiritum adulterinum, colorem saltem & flavedinem imitando, ex

frumenti spiritu effinxī, & quibusvis octo spiritus frumenti unciis unam extractionis unciam singulatim commiscui.

IV. Denique : Ordinarium sumpsi spiritum vini Gallicum flavescentem, atque etiam ordinarium recens destillatum spiritum frumenti, & de utroque, secundum ordinem modo dictum cum solutionibus vitriolicis, experimenta cepi ac successive institui.

V. Infudi nempe quavis vice unciam dimidiā spiritus vini Francici in vitrum mundum infra acuminatum, & solutionis vitriolicæ uni am, vel si non sufficeret ad cœruleum colorem proferendum, duas, tres usque ad quatuor guttas instillavi, vidique diligenter attendendo, quod spiritus vini Gallici dictus 1. cum solutione vitrioli Goslariensis pallide cœruleum, 2. cum solutione vitrioli Gedanensis, & 3. vitrioli Hungarici itidem subcœruleum, 4. cum solutione vitrioli de Cypro autem nullum plane cœruleum, sed subviridescentem colorem induerit, 5. cum solutione vitrioli Anglici, atque 6. cum solutione vitrioli Martis, cum oleo vitrioli parati, itidemque 7. cum solutione vitrioli Martis per præcipitationem facti, valde elegantem, sed cum liquore Martis solari sic dicto, seu solutione mineræ Martis Hafniacæ, amoenissimum colorem cœruleum acquisiverit. Causam diversitatis hujus supra jam dedimus.

VI. Cepi porro pro quovis experimento probatorio dimidiā itidem spiritus frumenti unciam, & cujusvis solutionis vitriolicæ unam, duas, tres, imo decem & plures guttas instillavi, sed à nullius neque etiam ipsius liquoris sèpius dicti commiscela, quamvis plus ad hunc, quam ad Gallici vini spiritum additum fuerit, ullam levissimam quidem livedinem cœrulei coloris observare licuit.

VII. Postmodum assumpsi dicti sub numero III. & de eodem spiritu frumenti, triplici modo imitando efficti spiritus vini Galici unciam dimidiam pro quovis experimento, eandemque cum ordinario spiritu vini Francici factam, ac sub numero V. commemoratam instillationem cujusvis solutionis vitriolicæ institui, & ecce conveniebant experimenta cum genuino, & cum adulterato hoc spiritu vini Galici facta, per omnia phænomena ; nisi quod propter combinatas variorum vegetabilium extractiones aliquæ a hinc inde, quamvis admodum levis differentia intervenret, uti ex sequentiibus apparebit.

VIII. Spiritus frumenti cum extractione gallarum ab instillata soluione vitrioli 1. Goslariensis, itidemque 2. Gedanensis nigrescebat quodammodo, 3. cum solutione vitrioli Hungarici ab initio, sub instillatione, dabat quidem aliquid cærulei, sed inter commiscendum perdebat penitus, 4. cum solutione vitrioli de Cypro plane non tingebatur, 5. cum solutione vitrioli Angli eleganter cærulescebat, & 6. cum solutione Martis utroque modo parati, ab initio quidem cæruleo, sed commiscela vero & interagitatione cum caule pennæ, violaceo colore tingebatur; denique 7. cum solutione mineræ Martis, & quidem una saltem ejus gutta, mixtus hic spiritus frumenti egregium acquisivit colorem cæruleum.

IX. Spiritus frumenti extractione corticum granatorum, ceu dictum, imbutus, cum solutionibus vitriolicis, juxta ordinem præcedentem confusus, parum vel nihil cærulei provocavit, & circa priora quatuor puncta, eodem fere modo, se exhibuit, atque supradictus frumenti spiritus gallarum extractione imprægnatus, in posterioribus quoque experimentis mox viridiuscum quid, mox atramento æmulum ostendebat.

X. E contrario spiritus frumenti extractione ligni quercini in similitudinem quandam Galici infucatus,

cum solutionibus vitriolorum pure martialium, & præcæteris cum liquore Martis sôlari, omnium pulcherrimo colore cœruleo inficiebatur. Cum primis quatuor solutionibus vitriolicis vero eodem se modo habuit, ac cœteri spiritus frumenti fucati, imo non secus ac ipse spiritus vini Galici.

XI. Tandem cum satis essem confirmatus, rem cum raimentis ligni quercini optime succedere, experiri libuit, quantum infusi vel extractionis ligni quercini, ad minimum pro aliquali saltem cœruleato colore producendo requireretur.

Varias ergo quantitates minuendo semper parcires, à dimidia drachma ad viginti, quindecim & pauciores guttas descendendo, probavi, adeo ut unica gutta sufficeret totam semiunciam spiritus frumenti qualitate imprægnando, quæ ad colorem cœruleum, licet non adeo saturatum, unica saltem gutta liquoris minerae martis accedente, producendum requiritur.

III. An Account of a Fork put up the Anus, that was afterwards drawn out through the Buttock; communicated in a Letter to the Publisher, by Mr. Robert Payne, Surgeon at Lowestoft.

James Bishop, an Apprentice to a Ship-Carpenter in Great-Yarmouth, about 19 Years of Age, had violent Pains in the lower Part of the *Abdomen*, for 6 or 7 Months; it did not appear to be any Species of the Colick; he sometimes made bloody Urine, which induced me to believe it might be a Stone in the Bladder. He was very little relieved by Physick; at length a hard Tumor appeared in the Left Buttock, on or near the *Glutæus Maximus*, 2 or 3 Inches from